UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. De aliis quibusdam specialibus excessibus, & culpis religiosorum prohibitis jure Canonico, & eorum pœnis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61641

Visual Library

legiati religioſi in abuſu ſuorum privilegiorum, præſertim contra Epiſcopos, quos in relato cap. prohibet ſub pœna interdicti in eorum Eccleſias ſtatuendi; & in jure communi legi poſſunt.

§. II.

Quinam præterea alij ſint exceſſus ſive abuſus privilegiatorum?

PLures adhuc exceſſus tales in hoc tit: enumerantur *cap. ad hæc* 5. *cap. patentibus* 10. *cap. tuarum* 11. *cap. Authoritate* 4. *in* 6. *cap. Epiſcoporum* 8. *in* 6. *h. t.* &c. quæ jura legi poſſunt.

§. III.

De alijs quibuſdam ſpecialibus exceſſibus, & culpis religioſorum prohibitis jure Canonico, & eorum pœnis.

VIdeatur de his *Clement. religioſis* 1. *h. t.* ubi religioſis quorumdam Sacramentorum adminiſtratio ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, à qua non niſi à Pontifice abſolvi poſſint, prohibetur, ſine ſpeciali licentia Parochi, aut ſpeciali privilegio &c. *& in* §. 1. *quibus etiam* ſub præcepto obedientiæ & comminatione maledictionis æternæ inhibetur, ne detrahant Eccleſiarum Prælatis, ne laicos ab Eccleſiarum ſuarum acceſſu arceant, ne indulgentias indiſcretas promulgeant &c. videatur relata Clementina.

§. IV.

De pœna abutentium ſuis privilegiis, & punitione violantium aliena privilegia?

REſp. quòd propter abuſum poſſint revocari privilegia, quia meretur privilegiatus amittere privilegium, qui permiſsâ ſibi abutitur poteſtate, *cap. ſi privilegia* 24. *h. t.* & ſi aliena privilegia violant, ſive directè, ſive indirectè hoc fiat, non tantùm ſuis privilegiis ſpoliandi dicuntur *cap. dilecti* 4. *h. t.* (neque enim ſunt illis ſua jura ſervanda, qui non metuunt violare aliena, *can. ſi decet.* 22. *ca.* 25. *q.* 2.) ſed ſeverè etiam caſtigandos aſſerit Pontifex in *cap. quantò amplius* 26. *h. t.*

§. V.

Proponuntur breves ſummæ conſtitutionum extravagantium hujus tituli.

VIdeatur *extravag. Joann. ad noſtri* *h. t.* & inter communes *extravag.* 1. 2. 3. & 4. *h. t.*

SECTIO VI.

De amiſſione & revocatione privilegiorum.

§. I.

An & quomodo privilegium finiatur per lapſum temporis, & ceſſationem cauſæ?

FIniri privilegium lapſu temporis, ad quod reſtrictum fuit, certum eſt argum. *cap. de cauſis* 4. *de Offic. jud. deleg.* proce